



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

125. An dispensatio in causa matrimoniali sit latè, vel strictè
interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. res. 33.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

quoniam an talis dispensatio sit valida? Item et si alios de se non abiles femina pariatu, pro quibus non potest dispensari si ita non imperat dispensationem talem cum predicta narratiua. Ex p. 10. n. 1. & Milc. 1. Ref. 42.

1. Casus frequenter potest accedere, nam Cuiuslibet vident, quod in his petitionibus non opponitur pro causa aegritudo mulieris, v. g. de feminis, tenentibus in familia alicuius criminis, &c. Sed vix Pontificis est, ut dispense ex defectu dotis. Et ad questionem negatim videtur respondendum. Et si aliter Doctoris, quod quilibetque sit falsa causa, si ipsa sola proponatur Pontifici, vitari dispensationem quia Pontifex non aliter dispensare intendit nisi causa, precibus ipsi proposita, verificata: ergo ipsa a veritate deficiente, deficiat etiam dispensatio. Sic Sanchez in Summa lib. 4. cap. 47. n. 17. Gutierrez, QQ. Can. lib. 2. c. 13. num. 103. & 104. ubi n. 13. addit & bene, hoc procedere, etiam casu, quo per simplicitatem aut ignorantiam, aut errorem contingeret ea falsitas.

2. Sed non desunt Doctores asserentes firmiter in tali Casu dispensationem esse validam, si semel verificabitur femina inuuptam remansuram, licet id non ex defectu dotis, sed alio defectu, nempe ex eo, quod sit grandaeva, vel deformis, vel de aliquo crimine infamata, ob hoc aut illud punita, vel filios ex alio Matrimonio habeat, vel aliunde ille proveniat. Ratio est; quia id quod mouet Pontificem ad dispensandum, est, ne praedicta femina inuupta maneat: ergo si semel verificetur feminam praefatam inuuptam fore, parum refert, si id illi ex alio capite, aut ex defectu alio, Pontifici non detecto, dimittat, & pronuntiat. Valida ergo erit talis dispensatio. Et ita praeter Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 19. non, 29. hanc sententiam tenet Leandrus, de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. quest. 52. cui addit nouissimè Matrimonium de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. num. 4. ubi sic ait De que se colige, que si se allegat per causa, que no haziendose aguel casamiento se quedara la muger sin casar por la falta de dote, si fue falso el dezir, que no tenia dote, pero era verdad, que se quedara por casar, o por ser mayor de edad, o por que tiene hijos de otro Matrimonio, o porque la castigaron por algun crimen, o por se feaz, no sera invalida la Dispensacion, porque basta, que sea verdad, que se quedara por casar por qualquiera destas causas, aunque fuese falso el dezir, que no tenia dote. Ita ille. Et ad rationem in contrarium, recte respondet Leandrus, Pontificem scilicet non moueri ad dispensandum ob defectum dotis, tantum ob causam finalem & mortuam, cum solum sit causa motiua, ne femina inuupta maneat, & propter hanc concedit Dispensationem: quare defectus dotis expressus in petitione solum efficit, ut Pontifex cretat talem feminam inuuptam permanente, nisi cum illa dispense.

RESOL. CXXV.

An dispensatio in causa matrimoniali sit lata, vel strictè interpretanda? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 33.

1. Et strictè interpretandam, docet Sanchez in quest. canonic. lib. 2. cap. 15. num. 127. & alij penes ipsos. Quia nullo iure probatur dispensationem in causa matrimoniali esse fauorabilem, & ita extendendam. Nec obstat e quod dicitur de consang. vbi Tom. 1. 11.

dispensatio in certo consanguinitatis gradu, restringitur, causa vitandi scandali, ad casum, quod vterque contrahens aequè distat à stipite: ergo à contrahio sensu, si non esset scandalum, ea dispensatio amplianda esset. Nam respondet Sanchez ex eo textu non colligi, dispensationem in causa matrimoniali, esse ampliandam, sed tantum potestatem dispensandi, quod verum est.

2. His tamen non obstantibus, Merolla tom. 1. disput. 4. c. 6. dub. 1. n. 28. contrariam sententiam tenet, quia ratio Sanchez parum videtur dici potest, dispensationem in causa matrimoniali censendam esse fauorabilem; quia reducit ad ius naturae, quod est fauorabile. Vnde licet dispensatio in impedimentis matrimonij sit contra ius commune Ecclesiasticum, nihilominus, quia hoc ius Ecclesiasticum est odiosum, cum exorbitet à iure naturae, quo spectato, validum esset matrimonium, v. g. inter consanguineos in linea transversali, saltem excepto primo gradu, per consequens huiusmodi dispensatio erit fauorabilis, quia per eam fit reditus ad ius naturae, quod est fauorabile.

RESOL. CXXVI.

An in secundo gradu sit dispensandum solum inter magnos Principes, & pro causa publica?

Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis linea transversa, excepto primo gradu dispensare possit, ac prouide solcat? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 92.

1. Responso huius debij, pendet ex intelligentia & explicatione Concilij Tridentini, sess. 24. de matrim. cap. 5. & ideo, quia casus est quotidianus, adducam Doctores per extensum. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 14. diffic. 26. num. 4. & 5. sic ait. A cerca del segundo grade, dize el Concilio Tridentino. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes. & ob publicam causam. Por nombre de grandes Principes se han de entender señores titulados, como prouena Sanchez por doctrina de Baldo, aunque algunos quieren, que tambien se entiendan hombres muy ricos. Y ha se advertir, que aunque el Concilio no dize grados de Consanguinidad comunmente los Doctores lo entienden de los porquer el impedimento de afinidad no es tan grande, mayormente quando nace de copula illicita y aues mucho menor el de la publica honestidad, como dize Nauarro.

2. Tambien se ha de advertir, que su Santidad suele algunas vezes por su benignidad dispensar con personas no tan graues, y por causas particulares; y fundase en que en el mismo Concilio, hablando de las dispensaciones, se dize assi: Quod si uirgens, iustaque ratio, & major quandoque utilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cogitua, ac Summa maritiae, &c. La primera causa suele ser, quando vno ignorancia de la prohibicion, que no sabian que estava prohibido en derecho. La segunda, el tener ya hijos. La tercera, el auer mucho que estanen casados, aunque mal. La quarta el escandalo que auria si se apartassen. La quinta, la misericordia de su Santidad, que mira la pobreza de la donzella, y que se quiere casar su rio con ella, y dotaria. Y no solo estas causas son suficientes, sino tambien otras semejantes a ellas, como dispensò muchas vezes Pio V. y assi lo dize Nauarro, y no ha de pesar nadie que ay accepcion de personas en dispensar con los ricos y nobles, porque esto es muy importante en la Republica para la paz, que es bien comun, como dize S. Thom. Ita ille.

3. Fraciscus Zipæus in Anal. Iur. Pont. lib. 4. rit.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in tr. 1. Ref. 79 §. Et tandem.

LA NIA
omnia
o. III. IV. V
E. III